

68 Cornelia Africani filia, | Gracchorum.<sup>1</sup> (*In parte superiore basis*)  
opus Tisicratis.<sup>2</sup>

*Romae basis rep. ibi ubi fuit porticus Octaviae, nunc in Capitolio (VI 10043).*  
— 1) *Titulus scriptus litteris non antiquioribus Augusto. Statuam Corneliae Gracchorum matris in porticu Octaviae vidit Plinius h. n. 54, 51. Matris vocabulum omisum esse plane mirum est.* — 2) *Hoc scriptum litteris deterioribus quae referunt saeculum tertium vel adeo quartum. (Similes titulos opus Polycliti, opus Praxitelis, [o]pus Tim[a]rchi Rossius Bull. mun. 1874 p. 174—181 adtribuit saeculo p. Chr. alteri vel tertio). Videtur, sublata statua Corneliae, basi impositum esse signum aliquod factum a Tisicrate prisco artefice.*

## EX FASTIS CAPITOLINIS.

### Tabulae triumphorum principium.

- 69 Romulus Martis f. rex ann. . . . .  
de Caeninensibus k. Mar.  
[Romulus] Martis f. rex II . . . . .  
[de Antemnatibus] . . . . .  
. . . . .  
[Ancus Marcius rex de] . . . . .  
[Sab]ineis et [Veientibus] . . . . .  
[L.] Tarquinius Dama[rati f. ann. . . . .  
Priscus rex de Latin[eis]  
L. Tarquinius Damarati f. [ann. . . . .  
Priscus rex II de Etrusce[is] . . . . .  
L. Tarquinius Damarati f. ann. CLXVI  
Priscus rex III de Sabineis idib. Sext.  
Ser. Tullius rex de Etruscis VI k. Dec. a. CXXXII  
Ser. Tullius rex II de Etrusc. VIII k. lun. a. CXXCVI  
Ser. Tullius rex III ann. CXXX . . . . .  
de Etruscis III non . . . . .  
. . . . .

*Romae rep. in foro variis temporibus (potissimum a. 1546 et rursus a. 1846) quam plurima fragmenta saxorum inscriptorum aetate, ut litterae indicant, circiter Augusti, pars habet nomina consulum dictatorum censorum liberae rei publicae, pars recensum triumphorum inde ab urbe condita: translati lapides (exceptis paucis fragmentis) in Capitolium, unde fasti Capitolini vocantur. Accuratus de loco ubi steterint egerunt Henzen C. 1 p. 421 et Huelsen Jahrb. des arch. Inst. 1889 p. 247 seq., de tempore quo scripti sint Henzen l. c., Mommsen Röm. Forschungen II*